


 Væ in corpus unius populi coailuit multitudo, Christum, libertatis atque salutis nostræ assertorem, ac vindicem amore pio amplexa, Ecclesia dicta est: eaqve nascens, ac diris irisqve omnibus statim expressa, in deviis rupibus tugurisqve, vel sub terra conditis domiciliis latuit, donec qvire per Constantium Chlorum redditia, per qvæ Constantium confirmata, qvædam religioni loca consecrata sunt, ubi animus in Deum revolutus tuto ipsi serviret, ac publice. Modico primum sumtu, & minus exquisito illud apparatu factum est: sed res, ab origine orta parva, tantis postea incrementis aucta est, ut Imperatores, viri qvæ alii principes, ingentes eo sumtu, ac opes conferrent, ac plurima ejusmodi, & mole, & magnificientia stupenda templi dedicarent. Vid. EUSEB. H. E. L. VIII. c. 13. Mirum vero quantum ad pietatem in mentibus hominum excitandam cum praefet musica: jam inde ab Ecclesiæ natalibus accepta ipsa atqve exulta est; qvæ vero primis illis temporibus, sicut ipsa religio, non tam cultu splendido, qvam pietate castitateqve nixa erat, nihil fomentis aut lenociniis, qvibus aures pasci solent, emollita. Apostoli enim, Christi, Magistri sui exemplum indulgentissimi fecuti, Davidis carmina cantaverunt sacratissima; qvos eorum imitati sunt discipuli, ritum adeo pium, per manus quasi, posteris tradentes. Possent in testimonium citari historie nostrarum partium qvam plurimi; sed peregrinus, non dicam hostis, nos laudare hoc institutum ipse non potuit PLINIUS Epist. 97. Libr. X: Affirabant, inqviens, hanc fuisse summam vel culpe sua, vel erroris, quod essent soliti statu die, antelucan convenire, carmenq; de Christo, qvæsi Deo, secum dicere in die, seq; sacramento, non in seculis aliquod obstringere, sed, ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne depositum appellari abnegarent, cet. Simplex dubio procul primo illa fuit cantio, sine modulatione, sineq; concertatione multa; sed qvando deinde huic cœtri divino multitudo insignis adjecta est, eamq; ipsa pietas ac precandistudium æmulatione qvadam honesta accedit, etiam eclogæ, & canentium certamina esse nata videantur. Ita nempe, ubi uno desinente hymnos atq; cantus, chorus respondit, responsoria qvæ dicuntur, inventa sunt; ubi autem alternis versibus, & vocibus quasi reciprocis gemini chori infiterunt, antiphonis locus datus est, & Græcorum illi, qvod appellatur *τα πανορματικα*. Vid. SCHMIDII Lex. Eccles. p. 54. Serius hunc acceptum esse morem qvidam conjicunt: & Ecclesiarum in duas choros divisos esse partes sub Constantio, Constantini M, filio, & Flaviano Episcopo Antiocheno, istosq; beisfariam Davidis cecinisse psalmos, idq; Antiochiae cœptum, atq; a reliquis deinde observatum esse, SUIDAS commemorat. Tamen SOCRADES H. E. Libr. VI. c. 8. ipsum jam Ignatium eundem suis tradidisse auditoribus ritum, auctor est: et si qvidem non opus erat novum aliquod, celo referato, beatarum mentium, hymno suo Deum concelebrantium, fingere vism; cum sacra id ipsum accurate fatis exponat doceatq; pagina. Præter autem psalmos non alienum fuit a religione, aliorum qvoq; adhibere mele & carmina, non qvæ ante posita essent illis, sed omni tempore, varioq; sermone, sermonisq; genere divina beneficia laudesq; memoratas, pietatemq; adjutam esse, testifacient. Mature his pangendis carminibus opera dedisse Hierotheum BARONIUS, Annal. T. I. A. C. 60. ex DIONYSII de Hierarchia libro, & PHILONI, de vita contemplativa probatum ivit. Aceo etiam nomine NEPOS, Ægyptiorum Praeful multum commendatur, apud EUSEBIUM His. Eccl. L. VII. c. 24. de quo ita DIONYSIUS: Nepotem laudo ac diligo, cum propter fidem sedulitatemq; sum propter multam ipsius psalmiodiam, qvæ tiamnum multi ex fratribus delectantur. Spectant eo hymni decem SYNESII Cyrenæi, qvitam sublimitate sermonis, qvam sensu profundiore noti sunt, atq; ab eruditis celebrantur. Latinorum fertur primus HILARIUS, quem Romanæ eloquentiæ tubam atq; Rhodanum dixit antiquitas, Pictavorum in Gallis Antistes, hymnos composuisse; quem AMBROSIUS secutus est Mediolanensis, cuius & dictio perspicua, & metrum accuriatius: itemq; PRUDENTIUS, Cæsar Augustanus, æquivalis hujus, pietate & gravitate nemine

ne Christianorum poëtarum inferior. SEDULIUM his annumero, quem
Rutili elo^{go} Theodulfus ornat Aurelianensis L. IV. auctorem hymni: *A solis
oreus cardine, &c.* qui acrostichis alphabeticis totius vita Christi historiam com-
pleteatur. *Vid. plurain Fabritii Bibliographi antiqua, Cap. XI. §. 18.* Qvis vero,
qvin arri simul, aut *xpoluan* honesto, datum sit aliqvid dubitet? quo elegantior
atque illu^{str}ior redderetur musica, eoqve jucundius influerent in aures æqve
ac animos, qvæ sincere amplectenda erant; fed tamen lege severa, sineqve sota-
dica molitie atque lascivia. Tam modico flexu Alexandrinus Episcopus id
agi iussit ATHANASIUS, ut pronunciantibus essent similiores, quam canen-
tibus, eo qvi fungebantur munere: sed in oriente, unde Ambrosius etiam fa-
crarum cantionum formam accepit, quo animos, sensu qvodam doloris pro-
stratos, magis solarentur, svavius qvidpiam modulari fuere soliti. *Vid. AU-
GUSTIN, Conf. L. IX. c. 7, L. X. c. 33.* Sed qva paganorum præ se ferebant qvan-
dam consuetudinem, a Christianorum, qva tunc imbuti erant disciplina alien-
nam, illa tantopere, ac ipsa istorum idola, cultusqve impios ac profanos, aver-
sabantur. *Audiant hoc, Hieronymus ait, in Ep. ad Ephes. V. adolescenti; audians hi,
qvibus p[ro]fessi in ecclesia officium est, Deo non voce, sed corde cantandum; nec in tragœdi-
orum more guttar & fauces dulci medicamine collinendas, ut in ecclesia theatrales moduli
audiantur, & canicas, sed in timore, ac opere, in scientia scripturarum.* Nec, qvem ut
evitarent scopulum, statim, qvæ impulsu ac moru suo sonum edunt instrumen-
ta sumta sunt: sed caute admodum ac solicite illud factum est, ne inde qvædam
hæreret labes, aut levitatis suspicio. Ita, qvod lyra, atque cithara convivis in-
servirent, a cibiorum libidini, plane videbantur proscriptæ: qva etiam lege ac
pronunciatione alia instrumentorum genera, qvæ ad usus qvoslibet sordidos,
ac in theatris sacrificiisqve adhibebantur, damnata sunt. Ast ubi hostis ille vi-
etus, iplaque superstitio, atque impietas sensim oppressæ erant atque deleræ, ac
metus, ne qvo exemplo inde sumto rudiores corrumperentur, abfuit, majori
derum licentia, qvæ possent, instrumenta musica applicarunt. Non dissen-
tiebat CLEMENS, morum illè doctor rigidissimus, sed pius in *Pedag.* L. II. c. 4.
*καὶ ποὺς καθάριν εἰλέγοντες, πλεύοντες τὸν καὶ Φάλλον, μάνθανον
διὰ τοῦ θαυμάτου, τύχαριστον τῷ θεῷ.* Et siad hyram velut haram canere volueris, nulla in ea
cadet reprehensio; *Hebreum justum in istab regem, qvi Deo natus & acceptus.* Rem
vero in conspectu qvatis exponit VENANTIUS HONORIUS FORTUNA-
TUS, italicus gente, sed qvi tandem in Pictonibus sacris præfuit, in *descriptione cle-
ri S. Germani Episcopi.*

Hinc puer exiguis attempat organa canis;
Inde senex largam runcat ab ore subam.

Cymbalice voces calamis miscentur acutis;

Disparibusq[ue] retrospis fistula dute sonat.

Tympana ranca seu pueris fistula multe,
Atque hominum reparans verba canora lyram.
Liceat vero per Te, Lector Honoratissime, illud, qvicq[ue] assuerit spati missis
aliis, organorum præcipue, sed qvod Pöeta dicit, rudi falce dolatae pneumatico-
rum dare historiæ: non qvod ea Te ignorasse, vel a me recte erui posse existi-
mem, sed qvod in hac innocentia materia me sine injurya versari posse arbitra-
bar. Nominis rationem exigit atque suppeditat ISIDORUS junior in *Etymol.*
Labr. III. c. 7, de secunda divisione organicæ: *Organum, ait, vocabulum est generale vasorum
omnium musicorum.* Hoc autem, cui folles adhibentur, alio Greco nomine appellant. Ut
autem organum dicatur, magis et vulgaris est conuicudo Grecorum. Sed velut ipse
terrarium orbis, qvo nihil elegantius solidiusqve factum est, matrem rudent il-
lam indigestam que molem sortitus erat: ita etiam qvæ musicam juvant corpora
natura duce informia producta, inqve melius deinde, quando ars accessit, &c.,
qvæ omnibus in rebus dominatur, experientia, mutata sunt. Enim vero simile
primo aliqvid productum est ejusmodi organis, qvod suo tempore laudem
etiam meruit: qvando autem meliora in publicum promere coepit solertia ele-
mentorum istorum oblii scriptores, de sua modo egerunt astate atque in scri-

to reliquerunt lectorum, utrum de re imperfecta, an perfecta magis dixerint.
JUBALEM campum aperuisse, in quo decurrerent musici Spiritus ipse divinisimus, ac Deus ipse, auctor est; & quod Genes. IV, 21. habetur vocabulum
q̄od JOBUS C. XXX. v. 31. repetit, evideat plerique omnes vertunt interpretes, organum, cuius lūsa officiatur q̄ vadam voluptate animus; sed rem ipsam
doctissimus SEBASTIANUS SCHMIDUS, cum MERCERO, ignotam esse
nobis, ingenue profitetur. Si vero prius, cum MOSIS, tum JOBI נָבָרֶת, atque
posteriorius נָבָרֶת per tropum, pro omnibus, tam q̄a fidibus constant, q̄am ipsi
ritu incitantur, interpretari velimus, eundem tibiarum q̄oqve & invenisse &
dōcuisse usum, palam fiat. Hunc vero illum simplicem primo tradidisse, ex eo
verisimile fit, q̄od naturę ordine ab his, ad illud progredimur; quo autem us
que Jubal, ejusque ars, ab illis primordiis processerit, numq̄e ipse invenerit
multa, multaq̄e inventis addiderit, difficile sit definisse. Illud tamen, q̄ic
quid ipse excudere potuit, ad posteros propagatum est, sed ita, ut mendax s̄aē
fama pro veris falsa vulgaverit, & certi auctoris, in illis, q̄i sacras ignorant li
teras, nomine abolido, alias eosq;e incertos & fictos substituerit. Autorem
igitur PINDARU Minervam citat, qvæ, cum Perseus Medusæ caput, ope ipsius
confirmatus, præcidisset, partim ex ejulatu Gorgonum, partim ex sibilis ser
pentum Gorgoneorum, ejulatu illi immisisti, causam noctis esset ἀντινοῦ inven
niendi ita, ut istarum collis tibia, horum autem linguis bifidis lingula ex arun
dine cephalia facta responderet. Python, Oda XII. Sed alii hanc rem ardalo,
filio Vulcani, alii Merurio, alii deniq;e Panis tribuunt. Qvodq;e ex unadeinde
geminæ factæ sunt tibiae, nec minus in hujus inventoreis inqvisiuit antiquitas,
illudq;e nunc Marfy referit acceptum, nunc Hyagni, quem APULEJUS af
firmat primum in tanendo manus discedinavisse, primumq;e duas tibias, uno anima
visse spiritu, & dextris actavis foraminibus acuto tinnitu, & gravi bombo concentum mu
scum misuisse. Hunc dextra emittebat, illum sinistra: ac Dorius qvidem, q̄i
gravissimus erat, duabus dextris incinebatur; Lydius, q̄i acutissimus, dua
bus sinistris; Phrygius, q̄i Dorio acutior, Lydiō gravior, gravitate simul &
acumine temperatus, dextra & sinistra tibia eliciebatur. Vid, PLINII H. N.
L. VII. c. 57. SALMASII Exercit. Plin. p. 84, GYRALD. de Poëtar. Histor. Dialog. II.
POLYD. de Juvent. L. I. c. 15. Ita tibia tibia, fistula fistula addita est, sumta ex tri
vio, qvod dicunt, s̄aē materia: vetusq;e illa disparibus septem compacta ci
caris VIRGILII vel Alexis, cera per seriem firmatis, sonos tot habuit discre
pantes, itasq;e velabris percurrentes pastores cantus ediderunt taliis insulte, LU
CRETIUS proinde Libr. IV. dicit:

Et genus agricolum late sentiferi, cum Pan

Pine semiseri capitis velaminaq; passans

Unco s̄aē labro calamos percurrit hiaptes;

Hæc autem cicutarum erat compositio, uti, qvod OVIDIUS habet L. I. Metam.
decreceret arundinis ordo, atque cum æque crassæ essent cicutæ, non tam
differentia, ex illis, in alæ formam positis, longitudine & brevitate eliceretur.
TURNEB. Advers. L. XII. c. 7. Syringa ab sibilo Græci dixerunt, qvam organum
nostrum referre dicit L. I. Rei pœt. c. 4. I. C. SCALINGER, sed illam & artificio,
& s̄avitate superans; q̄i simul recentiores qvodam, q̄i syringa, tan
quam in utrem cannæ injectæ fuissent, admodum pinxissent inepit, increpat.
Siculos præstantius qvid piam invenisse, numerumq;e auxiliale fistularum est
THEOCRIT Idyll. VIII. nosse liceat, q̄i ita differit:

στριψενταλον εστι τονισμός καλάν εών οὐτε φωναν
τη μεθυσιαν τονισμόν εξαιρετικά τον ηπατον, τον πανθετον, την ουρην αίσθησιν πεπιπτετον
ορθοτονισμόν τονισμόν κατέχειν.

KIRCHERUM, cuius abstrusa multa & abdita in lucem diemq;e ingenium
protulit, audire si placeat, id ipsum in Judæorum magistris, ac eorum apparatu
musico se invenisse non minus dicitur. Musurg. L. II. c. 4. §. 3. Νοτορισμός ασβιλο
q̄em faciebat, sic dictum instrumentum erat, πλουντανον, qui simul ligati, &
ligato qvodam formam hæce adaptato gradatim insidiis disponebantur, calami vero ma
pertii

pertis supra, infra p. bduktionem certo quodam ligno obturabantur, eratque instrumentum manu-
brio quodam, a quo dilata et ista paulatim in angustum spatum coactabatur; instrumentum
applicabatur labiis, & sufflatione facta digitorum, foramina e latere nunc claudentia, nunc
aperientium, ope, variis percipiebat sonus, pro ratione longitudinis aut latitudinis, brevitatis
quæsifilarum, vel etiam pro insufflationis intensione. Nec reliquis adversus orientem gen-
tibus illud ignoratum fuisse instrumentum, vel inde ratione aliqua conjici posuit,
quod septuaginta Senes, qui in vertendis sacris literis operam suam Ptolemaeo condi-
xerunt, illud DANIELIS c. III. v. 5. 7. 10. שְׁמַרְתָּ אֶת־עֲמָלֵךְ סְבִרְיָה semper vertunt, quasi
persuasi fuissent, ejus etiam Cantum ac strepitum idole suo Nabuchodonosorem lita-
visse. Itaque his inventis, nec organa illa pneumatica, vel eorum quædam initia non
defuisse videantur, paulatim deinde, sed sine insigni adeo accessione, aucta, ita quidem,
ut nec magistri multum ex hoc famæ essent, consecuti luxa vero ad aliud elemen-
tum se ars convertit; atque in aqua, ex cuius motu Musam natam esse tertiam ipse
VARRO testante servio existimat, operata, eruca, aliquid quod non minus admiratio-
nis, quam voluptatis, novo prudentiae architectonicae documento, haberet. Enim
vero hydraulicum illud organum inventum est, cuius quidem, et si quædam super-
fint vestigia, tamen & gratia perire, & ipsa tere notitia. Aquæ nimirum illapsu, spiri-
tum illud, quod aræ rotundæ non erat absimile accipiebat, fistulis in aquam obversis,
eamque juvete quodam agitante, axisbusque præterea instrumentum pervadentibus.
Sic enim fistulis immisso est Spiritus, quæ lenem quidem, sed svavem adeo &
jucundum edidere fontem, qui hospites epularum atque confabulationum volupta-
ti intenos ad se totos potius esset convertere, Vid. ATHENÆUS Deipn. L. IV. p. 174.
inque illum IS. CASAUBONUS C. XXIII. p. 194. Ac pluribus verbis ut obscuram hanc
rem dilucide pronunciaret, contendit VITRUVIUS, utrum effecte ipse cum eru-
ditissimis dubitat, Libro X. c. 13, inque ipsum conf. JOH. DE LAET obser. TURNEB.
Advers. L. II. c. 22. SALMASII Exercit. in Solini Polyh. p. 416. PANCIROLL. in rebus perditis,
p. 258. de Musica muta & hydraulica. Ex aqua, una cum horologiis antiquis has conqui-
sivit rationes CESIBUS Alexanderinus, patre tonsore natus, vir ingenio & indu-
stria excellentissimus, Ptolemaeo Evergetæ, cuius ætate Alpendum incoluisse dicitur,
familiaris. Athen. Lc. Vitruv. L. IX. c. 9. Differunt vero TERTULLIANUS li-
bro de Anima. V. hujusque assessorat organi Archimedem Syracusanum, summum
mathematicum, architecum fuisse, atque hoc addit: multos illud habuisse tibiarum
acies, perque eum unam spiritum recepisse. In Romanorum hortis LAUREN-
TIUS scribit PIGNORIUS extare, quod tale quidam referat, quam etiam rem suo
probat calculo KIRCHERUS in Lariol. III. P. II. c. 9, qvi, Hippolyti Cardinalis Estensi vil-
lam, inquit, ingressus, in interiori theatri recessu organum vidi hydraulicum automatum dispo-
sum, mirasorum varietate auditorum aures demulcens. Mallem vero factum per ipsum
esset, ne careremus organi hujus descriptione accuratori, sine qua ab le scripsa pa-
rum intellectum iri existimat Vitruvius. Ex tricliniis hortisque etiam in scenam
hydraulus productus est; & frustra munus hoc vovit NERO, sub vita exitum, sibi
incolumis status si permanisset, proditurum le. parta victoria, ludis, etiam hydrau-
lam & choraulam, & utricularium, ac novissimo die histrionom saltaturum pollici-
tus. SVETON. in Vit. Cap. LVI. Qvo etiam spectac. CLAUDIANUS. qvi, cum in
fine panegyrici, consuli Mallio Theodoro dicti, quæ gaudio ipsius inservire possent,
provocasset omnia, ad hoc etiam genus convertitur.

Qui letis rīsum salibus morisse facetus, Et qui magna levi derrudens murmurata tactu
Quinutu manibusque loquax; cui tibia flatu, Innumeræ voces segetis moderatus aëne
Qui plectro pulsanda chelys; quipulpi a focco Intonet errantidigito, penitusque trabali
rersonat, aut alte graditur majore corburno; Væ laborantes in carmina conciter undas.
Nec tamen hæc solaratio Ctesibii fertur exquisita, sed plures, & variis generibus aliae,
quæ ab eo liquore pressionibus coactu spiritu efferre mutuatos affectus ostendun-
tur. Merulam etiam ille formavit, quæ motu voces edit, quamque in eodem Estensi
horto, agri Tiburtini, imitatum esse artificem KIRCHERUS obseruat: Ludera, inqui-
ens, aquarum spectacula, quæ hoc loco exhibentur, dix explicari possunt. Hinc sit descensus in altius
planum, cuius muri tessellato opere elaborati in medio Parnassum exhibent, cum arboribus, in qui-
bus cuculus cuculat, luscinia modulatur, djsensat anser, canariasque volucres multiplici vocum mu-

tatione cantillante sentire jurares. VITRUV. L. X. c. 12. Kirch. I. c. Num ab istis absint, quæ GILBERTUS Rhenensis Præfus mathefeos beneficio construxit, & aqæ calefactæ violentia modulatos emisſe teruntur sonos, testibus Erfordiensis & Genebrando, non disqviram. Qvamvis autem in his aqve ac tibiis antiquorum compositis, atque Syringibus, nostrorum, qvæ spiritu tollibus concitato aguntur, organorum quædam imago fuerit efficta: ab his tamen tantum remota fuerunt omnia, quantum ab eynnis ululæ, aut salices lenta cupressis. Si naturam spectes, Kircherio judice, nec venti hydraulorum ullæ erat ad fistulas animandas proportio, neque ordinis, quo dicitur Octavarium in fistulis accurata distributio: si cultum, ita nostræ solide eleganterque construuntur machinæ, ut, ubi sumtus & ars, atque industria respondeant, non organa musica, sed divorum quædam delubra turribus adtyisque munita videre tibi videaris metallique non modo puritas & nitor oculos perstringat, sed ionus etiam per tot fistularum ac regularum discrimina editus, magis ac ille Ciceronis in Somnio Scipionis stelliter curlus aures animosque compleat. Quorum vero etsi de principiis, satisque illis incultis dixisse videamus, tamen, qui porro succelus fuerint, vix confita. Cujus aliquoties mentionem fecimus *Kirchers I. II. Musurg. univ. t. 4. n. 1.* *תְּבִרְכָה רַעֲמֹרֶן* Thal mudicum nebis instrumentum commonistrat pluribus fistularum ordinibus sonorum animatumque foilibus, quodam etiam taxillorum apparatus, quibus organoedi ope pressis, apertisque ventorū ciaulris mira canentis organi edita est, varierat. In templo item Salomonis cantorum studia pari instrumento, multo nostris eminentiore sublevata esse, tradunt, & inculcant ambitione quidam moderni ludæi: veluti autem non animus est hæc aut affirmare, aut refellere: ita miror ego, si quis oīm eius tuifet ulus, viros in re Iudeo un veritatisimos summe reverendum DASSOVIUM, quem expeditissime omnia accuratissime noverunt auditores, ac predicant, & in prelectionibus de Antiquitatibus Ebreorum, & in iis, ubi Graecorum titus exposuit, tacuisse; ac LUNDIUM, Tunderanum quondam in Cambriis Theologum ac factorem, non obscure, in Libro de sacri Iudeorum p. 746, illud infaustum esse. Illud modo in re obscura certum est, octavo denum seculo propius vium cognitumque esse aliquid: in Francis, ac organum tradit Monachus Fuldensis MARIANUS SCOTUS L. III. p. 437. primitus venisse in Franciam, misum Pjmo regia a Constantino imperatore de Graecia. Plura misa dicit LAMBERTUS TUS Schaffenburgensis in Hisp. Germ. sed improba: hoc dictum excellentissimus DASSOVIUS in Comment. de Antiq. Ecclis. t. 3, atque ad codicem Loiselianum provocat, qui unum dicit, Pipinno, ait, eo tempore tenuisse plaustrum suum in Compendio cum Francis. Tenuisse plaustrum in Compendio sati infuse: sed fecit more & vicio, quo literis mejoribus oppresis imperium ac falces tenebat barbaries. Enimvero publice cum proceribus, quos Compendium, hodie Compiegnes, convocaverat, de rebus necessariis deliberabat rex ille, & iasmonem, quem Bojorum intitulabat, ducem, in verba jure sua compellebat, sacramento illo super sanctum Germanum, Marinum ac Dionysium, sed non fatis bona fide, id quod deinde cognitum est, præstio, Cognoverat fortasse Constantinus ille, cui ab moribus & impuritate Copronymi nomen factum est, qvæ agere Pipini, quamque ipse daret operam, ut Gallicanum cantum, ab italo nimium discrepantem aut emendaret, aut tolleret penitus, cum in finem ex Cantorum schola consultis Musicis, quorum opera & confusione uteretur Roma invitatis. Namque si JOHANNEM DIACONUM I. II. t. 7. differentem audias, vocem ille & mores Transalpinorum ita graviter accusat, Apina, inquies, corpora vocum suarum tonitruis altis, per strepientia suscepit & modulationis dulcedinem proprienon resuleant, qvæ bibuli gutturis barbaræ feritas, dum inflexionibus & repercussionibus mitem nitirendere cantu enam, naturali quodam fratre, qvæ plaustra per gradus confuse sonant, rigidas voces jacatas, sive ve audiendum animos, quos multe debuerat, exasperando magis, at obstrependo conturbat. Vid. DUFRESNE Glos. in Voce cantus Romanus. Itaque amorem Pipini Constantinus meritorum sibi videbatur, si tanta adornalet manera, atque ipsi destinaret, non quidem pietatis studio, Deique amore ductus, quo juvaret iphus propositum: sed ut, Dei ac religionis negligens, ad partes suis Pipinum, cuius in occidente multi m. crecebant cipes, invitaret, Variis de hujus legationis anno fama est: rerum enim Francicarum, quibus præseruit fides habenda est, conditores, DCCLVII numerant; BARONIUS L. c. ad annum DCCLXVI rem gestam referit, alii alium velint; sed utcunq; fe res habeat, tamen haud ullius faciles, ac illius, quod Gracis autoribus debemus, ex plumbo candido organi comparati memoria in Gallis Germanisque erit vetustior. Sed in Graecia, qvæ Italia longe ante hæc viguisse, non negaverim tot tellimonij illud affirmantibus. Evidenter illud AUGUSTINUS, qui anno æra Christiana CDXXX vitam finit, declarat in ps. L. Organum, dicuntur omnia instrumenta musicorum. Non solum illud organum dicitur, quod grande est, & inflatur tollibus, sed quicquid aptatur ad cantilenam, & corporeum est, quo in instrumento uititur, quicquid organum datur. I heodoſiū, Imperatore, quimaxime floruit fama, & Borrichii tellimoniou supra secuili sui genium facundia & pietate aslurexit, PRUDENTIUM ea non ignoramus ex eo, quo impietatis ac contumacia sue arguit ac convincit Iudeos, Christi gloriam asserturus, Libro Apothœos, v. 454. seqq.

Quicquid in arcu reboans tuba cappa remugis;

Quicquid ab arcu domit ingens spiritus baſiū;

Quicquid casta cibelys, quicquid testudo resulcas;

Organum disparibus calamis quod consonanscet,

Emula

*Exempla pectorum quod reddunt vocibus antra,
Christum concelebrat, Christum sonat, omnia Christum.*

Ex Gracis JULIANUS, quem Parabatam pierique putant, in Anbol. L. I, hoc epigramma suppeditat :
Αλλοισιν ὄροις δογάναι φύσι, ηπειρά απ' αἰλαν
χαλκείς πάχα μᾶλλον αἰεβλάσησιν ἀρέρης
Ἄχρισι, ώδ' αἰεύοισιν υφ' ημετέροις θυνέονται,
Αλλ' όπις παρέρις προδότων σπίλου γραῖς,
Νέρθει, ἐντρήσαν καλάσιον υπὸ ρίζαν οδεῖται.
καὶ τις ἀντρὸς ἀγράφων θέξων δάκτυλα χειρῶν,
Ισταταί αὐτῷ Φάσιον κανόνα συμφράσιονς ἀντλῶν. Adstat, concordes calamis pulsante tabellas.
Οι δὲ πάλιον συρρέοντες ἀπὸ θηλίας τινὰς εἰσιν. Ait illæ subito exiliunt, & carmina miscent.
Ita quemadmodum haec a Gracis inventa, & missa sint ad exterius dictum est : Sed nondum quomodo in
templa venerint, ab uibis profanis privatissime distincta, definitum, sunt, qui docente Thoma Aquinate,
id est, anno natæ salutis M CCCC LXXXIV nondum recepta tuisse assertant, ejusque sententia NAVARRUS
fuisse dicitur libro de Orat. & Hor. Canon. C. 10. sed si PLATINÆ auctoritas valeat, septimo iam eculo Vna-
lianum illa solemnitate receperit, ac dedicatis ille ostendit. *Vitalianus*, inquit, *cultus divino intentus & regu-*
lam ecclesiasticam composuit. & cantum ordinavit, adhibitus ad confronatum (ut volvitur) organis. Dubitant hæc
ille enunciata, quæ BAPTISTA SPAGNOLUS, quem a patria Mantuanum appellavere, moris Romani
censor valde leverus, confidentius prodiit :

Signus adjunxit molli conflat a metallo

Organæ, quæ sacris resonant ad festa diebus,

Signum Vitalianum a patria signia nuncupat, Volscorum celebri oppido, quo Tarquinius jam Super-
bus coloniam misit, sub coniubis novis auctam civibus, vid. LIVIUS. I. C. 56. & II. c. 21. Reversi
autem ad Germanos, alias Gætorum legationem, auspiciis Michaëlis I, quam anno reparata gratia
DCCC XII Eginhardus misam esse commemorat, legimus, quæ fœdus cum Nicophoro renovavit ini-
tum, atque confirmavit, ac oratione non magis, quam munericibus, in quibus organum quoque fuit, hoc ut
concepitur, Carolum, cui a facie Magni cogoumen impositum, levit, MONA CHUS, citante Dufre-
sne, SANGALLENSIS, L. I. de hoc Imperatore c. 10. producit memoria : adducerem etiam idem missonem
genus organorum, & variarum rerum secum, & præcipue illud musicorum organum præstantissimum, quod dolis exare
confatis, foliisque taurini, per fistulas areas mire perlustrans rugis quidem sonis uobatim, gurrilitatem vero ly-
rae, vel cymbali, dulcedine coquabat. Post autem Carolum, imperante Ludovico Pio, tandem ad Germanos
iplos, quæ adhuc carcerant condendorum organorum, ope Balderiei, limitis Pannonicæ Praefecti
ars perlatæ est ; quæ Georgium, Venetum quendam Presbyterum commendavit, magistrum ea in re ver-
tissimum, quem benignè admisimus Imperator cum Thancio Sacellario ad Granis misit aquas, quæ ibi
suppeditatis, quibus opus effectoriis, organo effectu, specimen virtutum ederet. Vid. EGINH, in re-
bus Ludor., ad A. C. DC CXXVI. Quis autem credat, jam dum fuisse omnia omnibus numeris abso-
luta ; operosa res fuit, sed minus gratia habuit. magna sapientia, moles, multæ operarum vites, ac labori mul-
tus ; sed vix tanto nitore contentione dignus effectus & approbatio : vix interdum multa, quibus
conciperetur ac reddeatur spiritus, sed parum anima. Si PRÆTORIUM audias Theor. organ. p. 144 :
corporis quondam hujusmodi musici, satisque informis quindecim modo circuata, vengo duodecim fuf-
flatoriis emissis, motæ ac tonoræ sume redditæ. Qui interioris Saxonis urbes ac res descripserunt, per
Merianum publicæ luci traditis, antiquæ illius strukturæ opus, quod Halberstadii in templo cathedrali
superest, commemorant, durum tractata, atque alperum auditu. Paucas esse fistulas fe easique
plumbæ & amplissimas, & epitoniorum manubria, non ad digitis, sed palmæ superficie ampliata effe,
pugno cubitudo puluanda ; foiles multos, ipsumque concentum, non, nisi musica simpliciori aptum Fu-
erant, & alii qui studerent magnitudini : ac Georgius Monachus dictus de Constance, Abbas Salemitanus
anno restituta per Christum gratia M CXLII organum instituit, cuius maxima & medioxima longitu-
dine pedes 28, & ambitu spithamas 4implevitibilia. Vid. BRUSH, de Monaster. Germ. p. 586. Qym vero
superat ea, quam Magdeburgi ZEILERUS vidit, 32 pedes porrectam, & ampliæ adeo, quam ægæ cir-
cumplecti undique vir posuit, itin. Germ. c. V. p. 127. Quid vero animi sit, si illud ultipare contingat mon-
strum, atque portentum organi, quod VOLSTANUS in prologo ad vitam S. Swithuni describit, illud ex-
ponente Dufresne :

Talia & auxilis hic organa, quæ tianus quædam. Brachia versantes, multo & sudore madentes,

Cernuntur gemino confabilita sono.

Certatimque suos quisque moret socios,

Biffeni supra sicutantur in ordine folles,

viribus ut tortis impellant flamina sursum,

Inferiusque jacent gravauerit atque detem.

Ei rugiat plena Kapfare ferta sinus.

Fistibus alterius spiracula maxima reddunt,

Sola quædringentos quæ susinet ordinem susas,

Quos agitant vultidi septuaginta viri.

Quas manus organici temperat ingenii.

De his etatæ non adeo certata est : non vero nudius tertius, sed pridem Haiberstadiensi effectum
est : cuius memoriam inscriptio ad posteros haec traduxit : Anno Domini M CCCC LXI Completam in vigilia
Matthæi apostoli, per manus Nicolai Fabri, Sacerdotis. Anno Domini M CCCXCV renovatum est, per manus Georgii
Kleng. Ac leculi ejusdemq; vñti anno octogesimo Tento quidam in Venetiis innotuit, Bernhardus, ca qvī
parte

partes sua, qva pedibus claves, atque per eas spiraculorum obices, fistulatum, grandiorum praesertim fauibus subtenet, referantur, ac removentur, amplificavit organa. Ita demum his esse tam felicibus licuit, qvorum sciret nomina posteritas; ubi contraea priorum, et si fuerint monumenta, fama tamen deorsum non est delitescit multum indignante POLYDORO L. 111, de invent. c. 18. Ipsa tandem, qvae adhiberi possit, non una est materia; qvique non ita opibus abundant, ut cum Michaële Graeco Imperatore ex auro sibi circutas conflari possum jubere: tamen, si pro re tua, qvaf moenia sibi efficiant, fatis &c. Enimvero hic non tam qvod carum, qvam qvod aptum sit maxime, qvaritur, qvodque sonum edat jucundum, ac evidentem qvem tria pricipue, qvemadmodum hoc CARDANUS Tom. x. c. V. de Musis. c. difficit, qvante formare, cavitatis nempe, & qualitas, & lenitas. Lignum non excludi, ipsa testatur experientia: ac Monachii qvidam in Bojis organum dari fistulis e buxo torno præparatis, tantis qvidem, qvantæ sepe non sint stanne, ZEILERUS itiner. Germ. p. 216, le vid. sic probat. Ex vitro Veneti qvondam ilias aptarunt, acute inprimis & leviter relotonantes, sed non sine discriminâ, qvod tam fragilis minusque solidâ majorēm aeris impetu hauid facie materia patiatur. MIREL. H. E p. 375. Ex alabastro, cuius in agro Volaterrano ingens prouentus est, Neapolitanus qvidam artifex hoc formavit instrumentum, omnes partes suas continens, quo etiam magnam Friderici Mantuanus ducis gratiam iniisse dicitur. PRÆTOR. Organogr. p. 92. Sed si gravis omnia reliqua levioribus minus eleganter sonant, atque cuprum vehementius, orichalcum cum stridore percutitur inflatum; stannum præ ceteris idoneum visum est metallis, qvod siccitur facile, manusque patitur, & ob lenitatem levitatemqve suam sive resonat. Mitemur autem Dei optimi maximi hanc induc gentiam & bonitatem, qvi felicitate (apientia que fu exutis olim hominibus, tanquam postlimini) eas restituit facultates, qva non bruta solum animantia, sed anima etiam destituta, ministerio suo applicare corpora, & illis qvasi vitam spiritumque possint reddere, & qvum proinde ac iustum est, ut præpotens ille propitiumque Numen hunc amoris in nos fieri frumentum perennem capiat, atque ab his ad sensum velut qvondam revocatus atque adductis colatur; ab ipsis autem praesertim mente pura, castaque & pia voce nunquam non celebretur. Nec dimovebunt illi nos ab eare religione, qui hac de re longe a nobis dissentiant. Illam enim nos divinæ laudis supereclitem, de qua sermo fuit, a profano libere arcemus usu. Deoque soli, honesto pioque exemplo ac voto tribuimus, ac ejus etiam præsentis, ea molientes, gratiam opemque experimur. Neque vero tam ea qvæ toris, qvam qvæ domi aguntur nostræ spectamus. Qvod enim faultum, felix ac fortunatum fit! die XIV calend. Septembri illud solemnitatem organum, in quo per triennium, & qvod excurrit condendo, poliendo, compingendoque & exornando Daedalus cum cura nostra defudatum, inauguratum, felicibusque auspiciis consecratum est. Eaque res omnes admonuit, ut Deo privatim ac publice ageremus gratias, & gratulandi, quibus debemus, studium prosteremur. Factum est hoc cum tacto animi cultu, t. m. variis vocum modulis, ac inter fides & tibias, interque tympana & tubas, interque ipsius hujus organi, & minium, vocum sonos svaviter imitati, concentum, hymnis votisque resonantibus; qvæ quidem Numen illud immortale tempore habeat, atque exaudita esse velit. Qvod vero Caput Sacrorum pie venerandum, qvæ reipublica, qui Patres, qvique sacerdotes, ac omnium ordinum Proceres gratissimi divinitus ad eum diem servati sunt, perennant, ac saivi sine perpetuo; sive studio ac laboris, qui opus illud suscepit, ciendum purarunt, omnesque conflant, nihil de aliorum commodis detrahe, Deo juvante, vice erunt impensis & difficultates, pretium referant. Qvamvis autem verus Dei cultus non tam externis illis, qvam interna mentis puritate conseruator; tamen & hoc immensi ejus in nos amotis argumentum est, qvod, cum sarta nobis, inter tot hostium infusus, pia doctrina sit, hec etiam, qvæ quidem non juvant illam, aut fulciunt fed tamens ejusdem libera quadam signa, sanctiisque gaudii incitamenta sunt, possimus obtinere. Ipsa vero, in quo oportet nos tibi posita ac defixa sunt, eam nobis libertatem secundet, inquit hoc tumultu tam Ecclesiam, qvam Scholas tuerat: ut ipsius inibi confitereturque honor; hic autem, cum posteris olim qui commendent, educent, utrobique autem obsequio & pietate animi atticis cum ipso conjungantur. Prie autem nostra voluntatis, qvo adit quale cunque testimonium, de ultimo Capitu I. scholasticum legum aphorismos, qvi, ut dormitum se conferentes ac cubitu surgentes Deum precibus ardentiis invocent collaudentque discipiunt, edicit, pro viribus nunc dissertabant nostri coetus qvidam optimæ nota homines.

I. Godofredus Samuel Seifridius, Freibergensis, Noctem,

II. Rudolphus Christianus a Mezrad, Eques Lufatus, somnum;

III. Johannes Gottlob Brunnemannus, Schoenberga Miñ, Preces cum matutinas, tum vespertinas commendabit, ac deinde Sapphico carmine, in posterum sublimiores in Academia lectiones auditur, Scholamque hanc migraturus, Patronis & præceptoribus gratam mentem testabitur.

IV. Ernestus Augustus Mahlerus, Waldheim, de Lucubrationibus,

(fimo, dicit:

V. Johannes Godofredus Zichornick, Zichochenf, Miñ, de tempore matutino, studiis literarum aperte, VI. Christianus Henricus Vuñius, Kechenbergens. Pythagoræorum, qui mane qvovis agenda per diem ordinaverunt, & sub noctem qvæ res ab se geltæ essent, qvæ minus, sedulo repetierunt, institutum collaudabit.

VII. Christianus Abrahamus Seidelius, Waldheimen, Brunnemannus nostro & suo tandem carmine vernacula acclamabit vetus: Feliciter!

Vestra autem, Patroni, atque Inspectores gravissimi, hec, Schola est, ad Vos docentium & que ac discensionis labores ac studia pertinent, fructusque ac gloria eorum spectat: qvare adesse, audire, conatusque discipulorum, qui ipsi & faciunt, & implent optimam promovere gratia, præsentiaque vellra confirmare, qvælo, ne dedignemini.



II e
308

*De hymno, instrumentis magis
et Organis veterum.*

**DEO FAVENTE
ALIQVOT
HQVE CVM GENTE TVM MORIBVS**

**IN PRIMIS COMMENDANDI GYMNASII
NOSTRIDISCPVLI**

**XICAL OCTOBR ANNI HVIVS CL XXXI
PROJECTVVM QVALES ILLI CVNQVE SINT DICENDO**

**SPECIMEN EDITVRI PERORABVNT
AD QVOS AVDIENDOS**

SVMME REVERENDVS EXCELLENTISSIMVS QVE

**PRAESUL
ITEM QVE PATRONI AC PARENTES
ET QVI EX OMNI ORDINE AC NUMERO**

AMANT ORNANT QVE LITERAS

OBTESTATIONE DECENTI SE ADDVCI PATIANTR

M. SAMVELIS MOLLERI RCTORIS

EX OFFICINA

NICOLAI KUHEPSI

ANNA VIANA



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black